C.R. BIBLIOTHECA UNIVER. JAGELL. CRACOVIENSIS
kat.komp.
16373
I | Mag. St. Dr. | P

(… canonicum)

Styrkowski Adami: Quaestio iuridica de iure patronatus.

Biblioteka Jagiellońska
stdr0005118
2815 Prawo.

IN NOMINE DOMINI AMEN.

QVÆSTIO

IVRIDICA.

DE IVRE PATRONATVS.

Ad c. Nobis. extr. de Iurepatr. iunct. Clement. Plures. e. t.

PER

M. ADAMVM STYRKOWSKI
Philosophiæ Doctorem, I. V. Professorem, Protonotarium Apostolicum, D. D. Iureconsultorũ Collegam, Ecclesiarum, Collegiatæ Tarnouiensis Primiceriũ, & Casimiriæ ad S. IACOBVM Præpositum, Consistorij Cracouiensis Actuarium.

163731

In Lectorio Collegij Iuridici Cracou.

Publicæ disputationi

PROPOSITA

Anno Salutis 1691. Die 6. Mensis Nouẽbris.

C. R. BIBLIOTHECA VNIV. IAGELL. CRACOVIENSIS

CRACOVIÆ,
Ex Officina Francisci Cezary S. R. M. Illustr: ac Rñd. Dñi. Epis. Crac. Ducis Seueriæ Necnon Schol. Nouoduor: Typogr.

9999

QVÆSTIO IVRIDICA.

Vtrum Iuſpatronatus legitimè acquiſitum, idemque pro alio commutabile, & in alios transferribile: in caſu, quo à Laicis in Clericos transferatur, cenſendum ſit Laicale vel non?

CONCLVSIO I.

Ius Patronatus legitimè acquiritur, non tantùm ex Fundatione (*a.*) Conſtructione (*b.*) vel Dotatione Eccleſiæ, (*c.*) verùm etiam per præſcriptionem immemorialis temporis (*d.*)

a. can. Filijs. 16. q. 7. glos. c. Quoniam. in v. Fundatores. De Iure patr.

b. can. Frigentius. 16 q. 7. c. Nobis. e. t. & gloſ. ibid. in v. Conſtruxit.

c. Concil. Tridentin: Seſſ. 25. cap. 9. De reform. & ibidem Declaratio v. Ex fundatione vel dotatione. Item gloſ. can. Piæ mentis. 16. q. 7. v. Piæ mentis.

d. gloſ.

d. glos. in c. Querelam. De elect. & elect. potest. Concil. Trident. alleg. Sess. 25. cap. 9. De ref. & ibid. Declaratio. v. Qui hnum memoriam excedat.

COROLLARIVM I.

Vt constitutio Iuris Patronatus valeat; Fundatio, constructio, & dotatio debet esse libera, (*e.*) sufficiens, (*f.*) de proprio, (*g*) cum consensu Ordinarij; (*h.*) ita tamen, vt si alius Ecclesiam fundauerit, alius construxerit, alius dotauerit, legitimè tres diuersi eiusdem Ecclesiæ sint Patroni, licet inæqualiter contulerint. (*i.*) Pariter ille consequitur Ius Patronatus, qui Ecclesiam totaliter, aut maiori ex parte collapsam, aut dotem illius penitùs deperditam restaurat, reseruando sibi Ius Patronatus, consentiente Episcopo. (*k.*) Qui autem Ecclesiam aliqua ex parte reparat, dotem primam auget, aut rem aliquam etiam notabilem Ecclesiæ donat, vel legat; non est Ecclesiæ Patronus, sed Benefactor: (*l.*) nisi in huiusmodi ditatione vel dotatione Ecclesiæ reseruet sibi Ius Patronatus citra præiudicium prioris Patroni. (*m.*)

e. Ioan. Andr. in c. Nobis. v. Consensu. Rochus de Curte fol. 46. n. 7.

A f. c.

f. c. Cum sicut. De consecr. Ecclesiæ. & ibid. glos. in v. Consecranda.

g. arg. c. Nemo potest. De R. I. in 6.

h. c. Nobis e. t.

i. Vallensis lib. 3. tit. 38. n. 3. Engel. par. 2. lib. 3. tit. 16. e. t.

k. glos. c. Quoniam e. t. v. Fundatores.

l. Garcias de Benef. par. 5. cap. 9. n. 50.

m. Rochus de Curte alios allegans fol. 42. n. 11. e. t.

COROLLARIVM II.

Præscriptio immemorialis, metienda est, non ex tempore, sed hominũ memoria; (*n.*) proceditque contra Ecclesiam liberam; (*o.*) ast contra patronatam, seu potius ipsum Patronum, præscribitur spatio quadraginta annorum.

n. Seraph. Decis. 454.

o. c. 1. & c. fin. De præscript. in 6. Archid. in c. Hortamur. distin. 1. Putean. lib. 1. Decis. 186.

p. Couarruu. in c. Possessor. par. 2. paragraph. 1. De R. I. in 6. Fachin. lib. 8. Controuers. cap. 24.

COROLLARIVM III.

Effectus

Effectus Iuris Patronatus ſunt, quod Patronus conſequatur 1mo. Honorem in præcedentia & præſentatione. 2do. Onus in defenſione Eccleſiæ patronatæ, ne bona illius dilapidentur. 3tio. Emolumentū in caſu inopiæ. Nam ab Eccleſia pro ratione facultatum eius, & qualitate perſonæ, Patrono ſubueniendum eſt. (q.)

q. glos. in can. Piæ mentis. can. Frigentius. can. Quicunq́. 16. q. 7.

COROLLARIVM IV.

Iuris Patronatus capaces ſunt regulariter omnes Fideles; (*r.*) excluduntur autem Iudæi, (*s.*) Saraceni, (*t.*) Schiſmatici, (*u.*) Apoſtatæ, (*w.*) Hæretici, (*x.*) Simoniaci; (*y*) Infames verò (*z*) nominatim Excommunicati denuntiati, (*a.*) & minores ſeptem annis, ab exercitio præſentandi prohibentur. (*b*)

r. d. can. Piæ mentis. can. Quicunq́. 16. q. 7.

ſ. glos. d. can. Frigentius.

t. arg. c. In nonnullis. extr. De Iudæis.

u. arg. c. 1. De Schiſmaticis. & can. Inter hæreſim & Schiſma. 24. q. 3.

w. can. Non poteſt. 2. q. 7.

x. c. 1. De Hæret. arg. c. Ad abolendum e. t. l. 2. C. De Hæreticis.

y. arg. d. c. Ad abolendum. extr. De Haeret.
z. arg. c. Infamibus. De R. I. in 6. & l. 1. ff. De his, qui notantur infamia.
a. Ioan. Andr. & Abbas in c. Nobis. e. t.
b. Abbas in c. fin. De conces. Praebend: & c. 1. e. t. Ioann. Andr. in c. Ex eo. De elect.

COROLLARIVM V.

Ius Patronatus amittitur. 1mo. Si Patronus Rectorem, vel alium Clericum Ecclesiæ patronatæ, per se, vel per alium voluntariè occidat, vel mutilet, & quidem vsque ad quartum gradum quoad posteros eius. (*c.*) 2do. Si Patronus fiat Hæreticus, Apostata, vel Schismaticus. (*d.*) 3tio Si iura, bona, & prouentus Ecclesiæ sibi iniqué vsurpet, aut ne ad Beneficiatum perueniant, malitiosè impediat. (*e.*) 4to. Si Ecclesia patronata totaliter destruatur, dos extinguatur, vel ex Patronata, de consensu Patroni, fiat Collegiata, aut successores deficiant. (*f.*) Si denique Patronus Ius Patronatus venditione vel alio modo contra Sanctiones Canonicas alienet. (*g.*) Quandoq; , sed non semper tollitur etiam non vsu. (*h.*)

c. c. In quibusdam: de Pœnis.

d. c.

d. c. Vergentis c. Excommunicamus. De Hæret. c. Præterea. De Apostatis. c. Quod à prædecessore. De Schism:

e. Concil. Trident. sess. 22. cap. 12. De reform.

f. Barbos. Iuris Eccles. lib. 3. cap. 12. n. 223.

g. c. Quia Clerici. & ibid. glos. e. t.

h. Riccius Decis. 204.

CONCLVSIO II.

Ius Patronatus pro alio Iure Patronatus, aut alia re spirituali commutabile est. (*i.*)

i. arg. c. Ad quæstiones. De rerum permutat. Zoësius lib. 3. tit. 38. n. 25.

COROLLARIVM I.

Ad legitimam Iuris Patronatus permutationem necessarius est Loci ordinarij consensus, (*k.*) ante cuius impetrationem si Patronus decesserit, ex post obtentus, non suffragatur permutationi, in præiudicium Hæredis factæ, (*l.*) cuiusmodi permutationi necdum ratificatæ Successor stare non tenetur. (*m.*)

k. Abbas in c. Illud. e. t.

l. Rota Decis. 60.

m. c. Quod autem. & ibid. glos. v. De cætero e. t.

COROL-

COROLLARIUM II.

Ius Patronatus est quid Spirituali annexum, (*n.*) & pro re temporali commutari nequit. (*o.*)

n. c. De Iure: e. t. & ibid. glos. v. De Iure: can. Nemini. 17. q. 1.

o. glos. in d. c. Ad quæstiones. De rerũ permut.

COROLLARIVM III.

Sicut Ius Patronatus, ita & Beneficia patronata permutari non possunt sine consensu Episcopi, (*p.*) nec vniri; (*q.*) & quoties vacant permutationis causà, non requiritur Concursus, sed tantùm examen. (*r.*)

p. c. Cum olim. & ibidẽ glos. De rer. permut. c. fin. De renuntiat. Piasec. pag. 446. n. 18.

q. Abbas in c. Cũ accessissent. n. 5. De Constit.

r. Parisiensis lib. 8. qu. 9. n. 95.

COROLLARIVM. IV.

Si Ius Patronatus Ecclesiasticum per commutationem transeat ad Laicos, propter mutationem conditionis & personæ competit eis quadrimestre; (*s.*) si autem à Laicis ad Clericos transferatur, tunc semestre; (*t.*) quod tempus currit à die notitiæ, (*u.*) & Episcopus potest illud Patronis prorogare. (*w.*)

s. c. Eam

s. c. Eam te. c. Cum propter. h. t.
t. glos. in c. vnico. eodem. in 6.
u. glos. in c. Licet Magister. De supplen. negligen. Prælat.
w. Piasecius pag. 471. n. 26.

COROLLARIVM V.

Possunt Patroni inter se commutare Ius Patronatus, ac conuenire, vt si diuersarum Ecclesiarum sint Patroni, vnus in vna, alter in altera præsentet; vel vt alternis vicibus præsentent, (*x.*) aut è medio sui vnum Compatronum. (*y.*) imò & amicabilis inter illos compositio valet, quâ vnus in fauorem alterius suo iuri plenè ac legitimè renuntiat. (*z.*)

x. glos. in Clement. Plures. h. t. Notabili 2.
y. Piasecius pag. 454. n. 46.
z. Zerola par. 1. v. Iuspatronatus. parag. 2.

CONCLVSIO. III.

In alios Ius Patronatus transfertur. 1mò. Iure Successionis. (*a.*) 2dò. Vigore Donationis aut Legati, ita tamen vt si donetur Laico, aut homini priuato, vel Monasterio, adsit Episcopi consensus, (*b.*) qui sufficit saltem subsequens; (*c.*) non requiritur autem, si Ecclesiæ, Dignitati Ecclesia-

sticæ,

sticæ, vel pio loco cedat. (*d.*) 3tiò. Venditione bonorum, quibus annexum est Ius Patronatus, transit in Emptorem, tanquam accessorium, nisi expressè excipiatur. (*e.*) 4tò. Feudo, Emphiteusi, vel alio vtili dominio, cuius Possessor facit fru. ctus suos; nisi itidem nominatim excipiatur. (*f.*) 5tò. Reale deuoluitur ad Fiscum confiscatione bonorum. *g.*

a. can. Considerandum. 16. q. 7. & glos. in can. Piæ mentis. 16. q. 7. v. Transfertur.

b. c. Consuluit. c. Consultationibus. c. Nullus & ibid. glos. v. Ecclesiam. c. Cura pastoralis. e. t.

c. c. Cura & glos. ibid. v. Consensum e. t. & glos. c. Nullus. v. Conferat. eodem. c. vn. eodem. in 6.

d. arg. c. 1. e. t. in 6. & glos. in d. c. Nullus v. Ecclesiastici Iuris. *Felinus in c. Quæ Ecclesiarum. De Constit. n. 89. Vallensis lib: 6. tit. 38. eodem.*

e. glos in c. De iure. v. Vendi. Item glos. c. Cum seculum. v. Emptorum. e. t.

f. c. Ex literis. e. t. & glos. ibid.

g. Abbas in c. Cum. Clerici. & c. Nobis. n. 3. e. t.

COROL-

COROLLARIVM I.

Per Successionem transit Ius Patronatus tàm in Consanguineos, quám extraneos Hæredes ad singulos in solidum, etiamsi ex diuersis & inæqualibus partibus sint Hæredes; (*h.*) ita tamen, vt in Gentilitio Iure Patronatus diuersis Patronis succedentes, veniant in styrpes, non in capita; simulque omnes vnam vocē habeant. (*i,*) Hinc etiam in diuisione hæreditatis, Ius Patronatus vni adiudicari nequit; sed æqualiter spectat ad illos, quibus bona exdiuisa sunt. (*k.*)

h. glos. notat. in c. Perlatum. & in v. Non debeat. e. t.

i. Clement. Plures. e. t. e. t glos. ibid.

k. Abbas in c. 9. h. t.

COROLLARIVM II.

Ius Patronatus Ecclesiæ vel Monasterio competens, non potest alteri Ecclesiæ, vel Laico donari, sine ordinarijs solennitatibus ad alienationem rei immobilis Ecclesiasticæ requisitis. (*l*) Et Patroni Religiosi non possunt Ecclesiam Patronatam in propriosvsus cōuertere propria authoritate. (*m*)

l. t. t. De rebus Ecclesiæ non alienandis.

m. c. Sicut nobis. De supplen. neglig. Prælat.

COROLLARIVM III.

Quamuis Ius Patronatus per se, & principaliter non liceat vendere, nec intuitu eius, maius pretium erigere, sub pæna priuationis eiusdem ipso facto incurrenda; (*n.*) per hoc tamen non prohibetur Patronus vendere honorantias, seu certos fructus Iuris Patronatus, quos sibi reseruauit in prima eius fundatione, cum consensu Episcopi. (*o.*)

n. c. Quia Clerici. c. De Iurep. h. t. Concil. Trident. seß. 25. cap. 9. De reform.

o. glos. can. Eleuterius. 18. q. 2. v. Conueniſſe. Itē glos. c. Generali. v. Fundatione. De elect. & elect. poteſt. Abbas in c. Præterea. h. t.

COROLLARIVM IV.

Transfertur Ius Patronatus & ad fæminam, cui relinquitur in dote Vsusfructus bonorum, in quibus Ius Patronatus consistit; (*p*) quo casu præfertur Præsentatus ab Vxore, Præsentato à Marito: (*q*) secus, si transijt ad Maritū cum uniuersitate bonorum ei in dotem datorum; quia tunc Præsentatus à Marito præferendus Præ sentato ab Vxore. (*r.*) non præfertur autem Præsentatus à Tutore, Præsentato pupilli. (*s.*) *p. Ab-*

p. Abbas in c. Consultationibus. h. t.
q. Rot. Decis. 422.
r. Piasecius pag. 455. n. 50.
s. Abbas in c. fin. De conces: Præben.

COROLLARIUM V.

Ius Patronatus personale per confiscationem bonorum non cadit in Fiscum, sed extinguitur, & Ecclesia efficitur libera; Gentilitium verò deuoluitur ad Consanguineos, quibus Delinquens præiudicare non potuit in iure quæsito. (*t.*) Reale Conductor non sortitur ex locatione bonorum ad breue tempus, (*u.*) nec Creditor, cui bona, Ius Patronatus annexum habentia, oppignorata sunt; eo vti potest, nisi de hoc expressè caueatur. (*w.*)

t. Barboss. in Collect. ad c. Ex literis n. 238.
u, Abbas in c. Ex literis. n. 5. h. t.
w. c. Cum Bertholdus. De sent. &. re iud. & Abbas ibid.

CONCLVSIO IV.

Laicale Ius Patronatus translatum ad Clericos, regulariter censetur Ecclesiasticũ. (*x.*) E contra quod à Clericis titulo oneroso, cum consensu S. Sedis Apostolicæ transit ad Laicos, efficitur Laicale. (*y.*)

x. c. Vn. e. t. in. 6.

y. arg. d. c. Vn. Zoesius h. t. n. 52.

COROLLARIVM I.

Beneficia Iuris Patronatus Ecclesiastici post obitum Beneficiati, vel resignationem liberam in Mensibus Papalibus, subsunt reservationibus Papæ. (z) Laicale verò Ius Patronatus adeò est priuilegiatum, vt nec Collatio Ordinarij illud impedire queat, neq́ue Summus Pontifex eidem derogare soleat. (*a.*)

z. c. 2. c. Præsenti. ibidemq́ glos. V. Legales. De Præbend. in 6. Seraph. Decis. 1420.

a. glos. d. c. 2. v. Collatio. in 6.

COROLLARIVM II.

Ius Patronatus Ecclesiasticum dicitur, quod personæ Ecclesiasticæ, nomine & ratione Ecclesiæ, Capituli, vel Monasterij, competit; quamuis à Laico venerit. (*b.*) Laicale autem appellatur, quod competit Laico, aut etiam Clerico, ex patrimonio & successione paterna, vel alio titulo seculari obtinetur. (*c.*)

b. arg. c. Cum. dilectus. & ibid. glos. h. t. & c. Vn. eodem. in 6.

c. glos. in Clem. Plures. v. Præsentare. e. t.

COROL-

COROLLARIVM III.

Differentia inter Ius Patronatus Ecclesiasticum & Laicale hæc est. 1ma. Quòd Ecclesiastico currat semestre ad præsentandum, Laico verò quadrimestre tantùm. (*d.*) 2da. Quòd vigore Laicalis Iuris Patronatus permittatur variatio, ita vt plures per viam accumulationis præsentari queant; (*e.*) in Iure Patronatus verò Ecclesiastico id prohibeatur, & side facto præsentet Ecclesiasticus duos, prior tempore, est præferendus. (*f.*) 3tia. Quòd ad Beneficia Iuris Patronatus Laicalis Concursus non detur, nec ea Legatus Sũmi Pontificis, sine consensu Patroni conferat; Ecclesiastici verò Iuris Patronatus Beneficia Curata in Mensibus Papalibus vacantia eidem subijciuntur, (*g.*) exceptis illis, quæ ad Capitulum, aut Collegium spectant, vel alicui Canonicatui, vel Præbendæ, aut simplici Beneficio Cathedralis vel Collegiatæ Ecclesiæ sunt annexa. (*h.*)

d. d. c. Eam te. c. Cum propter. h. t. glos. c. vn. eodem. in 6. Notabili. 2.

e. c. Quod autem. & c. Cum autem. h. t.

f. d. c. Cum autem. & glos. ibid. v. Ecclesiastica persona.

g. Concil.

g. Concil. Trident. sess. 24. cap. 18. De reform. c. Cum dilectus. e. t. & glos. ibid. v. Quempiam præsentare. glos. in c. vn. eod. in 6. v. Ecclesiasticus. Garc. par. 5. cap. 1. n. 571.

h. declar. alleg. Concil. Trident. v. Cum Parochialis Ecclesia. Item v. Vni vel pluribus. Ibid. v. Capitulorum.

COROLLARIVM IV.

Si sit Mixtum Ius Patronatus, ita vt partim ad Clericos, partim ad Laicos spectet, in fauorabilibus sequitur naturã Laicalis, (*i.*) & semestre vtrisq; competit; (*k*) quòd si cõcernat Ecclesiæ Præfectos, siue Oëconomos Laicos, ratione officij ac administrationis bonorum Ecclesiasticorum, nec proueniat ex eorum personis; tale Ius Patronatus, censetur esse Ecclesiasticum. (*l.*) Similiter si Ecclesiasticus Patronus ingrediatur Religionem, & post professionem bona illius habentia Ius Patronatus, Monasterio acquirantur. (*m.*)

i. Felin. in Tract. Quando Literæ Apostolicæ. n. 3. Piasecius pag. 456. n. 56.

k. glos. in c. vn. e. t in 6. v. Ecclesiasticus.

l. Rebuff. in Praxi. De Præsent. n. 6. fol. 23.

m. Felin.

m. Felin. loco citato, Limitatione 5. Authent. Ingreſſ. De Sacroſ. Eccleſ. Rota Decis. 541. n. 4. part. 2. in nouis.

COROLLARIUM V.

Quando Patronus Laicus transfert ſuum Ius Patronatus in Clericos, ſub hac conditione expreſſa, & modo, vt penes eos maneat Laicale; tunc reſpectu modi exercendi, eſt purè Laicale; (*n.*) nec ſub Regulis reſeruatorijs continetur. (*o.*)

n. arg. c. Verum. De condit. appoſ. Felin. in c. Cum Eccleſia S. Mariæ. n. 26. De Conſtit. Rot. Decis. Iuriſpat. 31. Mai. 1513.

o. Viuian in praxi Iuriſp. lib. 4. cap. 9. n. 56.

Sit laus DEO Patri, Summo Chriſto decus, Spiritui Sancto, Tribus honor vnus.



Sub feliciſſimis auſpicijs,

Magnifici, Perilluſtris, & Admodũ Rñdi Domini,

D. M. FRANCISCI IOSEPHI

PRZEWOSKI,

Sacræ Theol: Doctoris & Profeſſoris, Collegæ Maioris, Eccleſiarum Collegiatarum, Crac: SS. Omnium Præpoſiti, Scholaſtici Curc-louiẽſis, ad S. FLORIANVM Canonici, Korczyneñ. Curati, Librorum per Diœceſim Crac. Ordinarij Cenſoris, Canonizationis B. IOANNIS CANTII Procuratoris, Contubernij Hieroſolymit: Prouiſoris, S. R. M. Secretarij, ALMÆ VNIVERSITATIS CRACOU: Generalis, & Vigilantiſſimi

RECTORIS.

34. V. 78. B.